MONUMENTA
GERMANIAE

poterit. Venit autem cum pulchra gente et magnis diviciis et imperator coronatus est. His gestis dictus dominus de Zagora imperatori Grecorum, qui se in Natulino collegerat scribit, ut secum parentelam faciat et Latinos a parte orientali invadat et ipse idem faciet in parte occidua[a]. Condicta perficiunt et utrique cuncta devastant. Tandem recedente Iohanne Breceuri[b] finaliter sola civitas Balduino remansit quam eciam tandem amisit. CCXXXIIII pars VII[c]. Vacuatam enim bellatoribus urbemque[d] Latini ad recipiendam promissam eis fallaciter civitatem ivissent, Greci Constantinopolim faciliter acceperunt. MCCLIIII Manfredus simulata morte Corradini consummatoque ploratu[e] post paucos ~~annos~~ vicarie sue annos ac assumptis quibusdam baronibus dyadema regni sibi imposuit et salutaret ut rex iubet[f] annis XI. Excommunicatur autem a papa et mandatur, ut nullus fidelium eum regem noscet, qui eciam exercitum contra eum misit et nichil profecit. Corradinus autem cognita Manfredi malicia per sollempnes nuncios misit literas[g] magnatum cum sigillis

a) sic c.

b) breñcsi

c) mit schwarzer Tinte von derselben Hand ohne irgend welchen Absatz. Es müsste heissen pars IIII.

d) qq c. cum?

e) pl'atu c.

f) sic c.

g) lras c.